

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiarium Et Loca quædam  
vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum  
Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium,  
Patauiensium, ac Brixinensium

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Diploma Arnolfi Imperatoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13553**

hibore curamus honores, non solum terreni, sed & cœlestis regni non dubitamus honore & fastigio nos sublimari. Inde volumus in nostrorum præsentium, futurorumque peruenire notitiam; qualiter conuenit inter venerabilem virum Radesponensis Ecclesiæ Episcopum Totonem, & quendam hominem nostrum, ut aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate partium concambire deberent: quod & fecerunt. Tradidit igitur N. proprietatem suam sancto Emmerammo Martyri, qualem visus est habere, cum omnibus ad prædictum locum ritè pertinentibus in manum Episcopi & aduocati sui N. in perpetuam proprietatem: Econtrario vero retradidit eodem Aduocato una cum manu Episcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerami locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem. Et ut huius concambij præceptum firmum stableque permaneat, manu propria subtus illud firmavimus, annulliq; nostri impressione signari iussimus.

*Diploma Arnolfi Imperatoris.*

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Arnulfus diuina ordinante clementia Rex, si id cuius diuino cultui mancipaturali aliquod suffragium\* id nobis ad perpetuam beatitudinem promerendam, quidquid profuturum esse credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium presbyterorum præsentium scilicet atque futurorum industria, quia nos quandam commutationem in Bavaria in pagis Chelezgouue cum Ambrochoven. Reginæ urbis Episcopo, cù consensu totius Collegij sibi subditi fecimus, dedit namque nobis præfatus Episcopus quandam proprietatem eidem viri contiguam ad Monasterium S. Hemimerammi martyris Christi constructam pertinentem, quæ quia ante illum aliquando ad inclusionem ferarum destinata fuerat, iterum ad hoc ab eo poposcimus concambiandum ac reuocandum. Nos vero in recompensationem eiusdem locelli, vulgari nomine Pruoil nominati, dedimusque ad prædictum Monasterium in pago Chelezgouue in villa Mandorff Ecclesiam cum decima & demum cum curte ceterisque ædificiis & vij hob, de terra scilicet, cum parstalkeis omnique censu eorum, cunctisque iustæ ad eandem proprietatem pertinentibus, agris, mancipiis, pratis, vineis, pascuis, sylvis, aquis, aquarum, ue decursibus, exitib. & redditib. mobilibus & immobilibus, cultis & incultis. Et iussimus inde hoc nostræ auctoritatis fieri præceptum, per quod sanctimus arq; iubemus, ut hæc commutationis auctoritas firma & stabilis perpetuis perseveret temporibus, sine aliquius contradicentis impedimento. Ut illa plenior in Dei nomine obtineat firmitatem manu propria confirmauimus, anuloque nostro assignari iussimus. Signum Domini Arnolfi piissimi Regis.

R. Aspert, Cancellarius ad vicem Archicapellani recognoui. Data  
**N**  
**A**  
**S**  
**V**. Feb. Dominicæ incarnationis DCCC. LXXXVII. Indictione VI. Actum urbe Regina, in Dei nomine feliciter Amen. Anno  
**L**. regni Domini Arnolfi piissimi regis.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Arnulfus diuina fauente clementia Rex: Si debitores sumus, omnibus iniustitiam patientibus lineam æquitatis exhibere, dignum fore arbitramur, quatenus Ecclesiasticae res mundiburdum, ac defensionem à nobis habeant, nullamque perpetiantur iniquitatem. Idecirco nouerit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quamque futurorum industria, qualiter nos quorundam religiosorum virorum relatu didicimus, qualiter quædam res in pago Quiringouue in comitatu Hunol-